

ANNOTATA.

Corpus quid  
hic?

rum, quia hoc fuerit objectum adæquatam abstinentiæ Paulinæ. Latius tamen hanc patere similitudinem de *sugillando*, hoc est, ad *livorem usq; contundendo*, & de *redigendo in servitutem corpore*, quam ut abstinentiam solum ab illis rebus indifferentibus, de quibus supra egerat, respiciat, censemus. Quia hic *generatim*, quomodo *corpus*, id est *veterem hominem spiritui reluctantem*, qui *corporis nomine venit Rom. VI. 6. c. VII. 24. Col. II. 11.* cujus membra *Col. III. 5.* enumerantur, compescere ac subigere debeamus, doceatur scilicet; uti athletæ suos antagonistas solebant, tum *sugillare*, quod est notam insignem faciei infligere, tum *supplantare*, vel in humum prosternere. Quod mysticè in carne sua spiritui reluctante præstabat Apostolus non *abstinentiâ modo*, *temperantia*, *jejuniis*, sed imprimis *piis precibus*, *sacris verbi meditationibus*, *studiis*, *labore*, *occupationibus sanctis*, *mortificatione carnis* &c. Nequicquam ergo hoc loco è verbo hoc ὡσπερ *αἰμαίνεσθαι* *suggillationes* suas probant Pontificii, quum neque de *ictibus corpori inflictis* id semper adhibeatur ut è *Luc. XII. 57.* constat, neque *corpus* hic substantialiter intelligendum sit; sed *accidentaliter de corpore peccati*, ubi de coërcitione carnis agitur, ne dominetur in spiritum.

Μήπως ἀλλοις κηρύξαί.

Qui alios docui viam salutis.

Ἄυτὸς ἀδόκιμὸς γίνωμαι.

Ipse ea salute indignus fiam. Ἀδόκιμὸς Rabbini est *Κηρίον* Rejiculus Catoni & Varroni. Opponitur ἀδόκιμον γινέσθαι ἀγαθῶν participem esse præmii in Evangelio propositi. Chrysostomus hoc loco: Εἰ δὲ Παῦλὸς τὸ κηρύττειν δέδοικεν ὁ τσάτρεξ διδάξαι, καὶ δέδοικέ μοι τὸ κηρύττειν, καὶ γινέσθαι Ἄγγελος, καὶ τῆς οἰκουμενῆς τὴν πρῶτην ἐπίδειξαι, τί αὐτὸν εἴπομεν ἡμεῖς; Μὴ γὰρ δὴ νομίσῃτε φῆσαι, ἐπειδὴ ὁπίστευσάτε, ὅτι ἀρκεῖ τὸ εἰς σωτηρίαν ὑμῶν. Εἰ γὰρ ἐμοὶ τὸ κηρύττειν τὸ διδάξαι, τὸ μυστήριον πρῶτον ἀρκεῖ πρὸς σωτηρίαν, εἰ μὴ καὶ τὰ κτ' ἐμαυτὸν ὡς ἄλλοι μὴ ἀληθῶς, πολλὰ μάλλον, ὑμῖν. De voce ἀδόκιμὸς diximus ad Rom. I. v. 28.

B. Hüf.